aliisque qui interfuerant vel stie:
bant cognovimus. Tunc quidem
tempore credi non potest qua me
humilitate qua benignitate su:
sceperit. Congratulatus plu:
rimum et gavisus in domino quod
tanti esset habitus a nobis quem
peregrinatione suscepta expeter:
emus. Miserum me pene non
audeo confiteri cum me sancto co:
nvivio suo dignatus est adhibere
aquam manibus nostris ipse ob:
tulit. ad vesperam autem ipse
nobis pedes abluit. nec
renisi aut contra ire con:
stantia fuit. Ita auctoritate
illius oppressus sum ut nephas
putarem si non adquievissem.
Sermo autem illius non alius
apud nos fuit quam mundi huius
illecebras et seculi onera re:
linquenda ut dominum Ihesum libe:
ri expeditique sequeremur. pre:
stantissimumque nobis nostrorum
temporum illustris viri pau:
lini cuius supra mentionem fecimus
exemplum ingerebat. Qui
summis opibus abiectis Christum
secutus solus pene hiis tempo:
ribus evangelica precepta
complesset. Illum nobis seque:
ndum illum clamabat imitandum.
Beatumque esse presens seculum
tante fidei virtutisque docu:
mento cum secundum sententiam
domini dives et possidens multa
vendendo omnia et dando pau:
peribus quod erat facto im:
possibile. possibile fecisset
exemplo. Iam vero in verbis
et con fabulatione eius
quanta gravitas quanta dignitas
erat. Quam alacer quam efficax
quam in exsolvendis scripturarum
questionibus promptus et
facilis. Et quia multos ad hanc
partem incredulos scio quippe
quos viderim me ipso etiam
referente non credere. Ihesum
testor. spemque communem. me ex:
nullius unquam ore. tantum
scientie. tantum ingenii. tam
boni et tam puri sermonis
audisse. Quamquam in Mar:
tini virtutibus quantula est
ista laudatio. Nisi quod mirum
est homini in literato. ne hanc
quidem gratiam defuisse. Sed
iam finem liber postulat ser:
mo claudendus est. Non quod
omnia que de martino fuerant
dicenda defecerint. sed quia
nos ut inertes poete ex:
tremo in opere negligentes
victi materie mole succubuimus.
Nam et si facta illius expli:
cari verbis utcumque potuerunt.
interiorem vitam illius et coti: